brynicki et ipsius posteris ob non statutionem praefati Generosi Mieskowski
Domini sui aut eius posterorum toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbens. Insuper Comparentes partibus regnantes utraque se ac suos successores
in et suspensionibus suis generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis et ha-
bendis una pars alteri parti ac posteris utriusque inscribunt et obligant in-
scriptionem praesentem roborandam ex libris Actis Castren. autentice deprom-
ptam ad Acta Terrestria Premislien. sive coniunctim sive divisim ante de-
cursum unius anni transferre et transportare sub alio simili et speciali
vadio Trecentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum successoribus
utriusque partis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro tempo-
re et loco supra expressis ad solvendum succumbens. Pro quibus quidem
vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro reali-
qua principali ex praemissis non completa complendique praemissis certa
ter ex nunc pars una praemissa non tenens aut eius successores ad in-
stantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum ad officium
praesens Castren. Capitan. Premislien. ex hinc recessu supra scripto quoad
respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tan-
quam peremptorio stare iuri parere medio vadia praedicta luere inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debet ac tenetur seque ac suos
successores ad eaque omnia obligat eundem terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes eius et eandem terminos semper peremptori-
os vera infirmitate pro maiori minorenni tate successorum legitime in-
tra vel extra Regnum commissis militaribus ad munimenta ad suum...
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Premislien.
dilationem sibi non recipiendo nullasque modis appellationes cuiusque prose-

quendo

quoque non faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel incarcerationibus
bus suspensionibus fatalibus iuris exceptione Terrarum bello Convocationes
et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua
praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Topolnicki Baczynskiemu Donat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitaneal.
Premislien. Nobilis Hrye Topolnicki sanus mente et corpore ex nunc a Terre-
stribus iuribus iurisdictionibusque suis quibus suis propriis et competentibus recedens
huic autem iurisdictioni officii praesentis Castren. Premisl. quoad actum praesentem
attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie in-
corporans atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit
quia ipse bona sua haereditaria videlicet totam et integram sortem suam haereditariam
in villa Kulesyce in Terra et districtu praesenti Premisliensi consistentem sitam
in sortem iure naturali post olim Nobilem Joan Topolnicki parentem sui devo-
lutam quameumque quibuscunque personis modo quovis acquisita cum
omni praemissorum iure dominio et proprietate titulo haereditario cumque
omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus
redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter
universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut quopiam
alio reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis
generis speciem et e contra in nullo derogans verum ita late longe circum-
ferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus
extendit et extenditur et prout eadem bona ipsemet regnans tenuit habuit et posse-
debat ipseque concernebat ac eidem serviebant. Jam ex nunc dedit fecit Nobi-
li Fedko Baczynski Lukaczowicz eiusque posteris dat donat ac titulo puro
mero perpetuo et irrevocabili donationis inscribit et resignat. Quam
ex nunc idem regnans eidem donatorio suo eiusque posteris coram officio praesenti

in eadem bona praesentibus donata dat et admittit realem intromissionem et a-
ctualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc
ab officio praesenti additos die quacunque voluerit officio se acceptand[um] per ipsum
donatarium suum et eius successores bona eadem praesentibus donata tenendi
habendi possidendique illisque pacifice et quiete utifruendi [illegible] suo suo-
rumque successorum quorumvis beneplacitis libere convertendi perpetuis et diu-
turnis temporibus. Debetque et tenetur memoratus recognoscens Nobilis Hryc
Topolnicki prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus
et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Nobili Fedko Daczynski et
ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus eundem et ipsius successores in eisdem
bonis praesentibus donatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iu-
ridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium
in omni Judicio et officio Regni exorienda per omnes praescriptiones Ter-
restres prout ad quamlibet personam Terrestribus spectat et attinet praescriptio-
nes quoties opus fuerit tueri defendere, evincere et intercedere et ab-
brigare indemnemque et indemnes reddere necnon bona eadem praesentibus donata
tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus [illegible]
posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibuslibet cedulis
in eadem bona importatis et importandis liberis denique et pluribus possessionibus
iuribus quibuslibet in quocunque puncto et gradu dependentibus et in quovis Judicio
et officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis praesentibus donatis perducti
et reducendis emundare et eliberare emundareque et eliberare mundaque et libera sem-
per facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in
eisdem bonis praesentibus donatis diem per Ministerialem et Nobiles officiose sequi [illegible] non
denegare imo teneri eandem effectuari dare et admittere dataque et admissa

eadem..

lex. 45 folio

eadem possessione et usufructu praemissorum quovis modo tam per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumque
donatarium suum et eius successores in eisdem bonis praesentibus donatis tam in toto
quam in parte quavis minima non iniuriari ita ut eadem bona praesentibus dona-
ta idem Donoque suus sibi cum posteris quiete et pacifice praesentibus sua
inscriptionis donatoria vigore tenere et possidere queat. Sub damnis Terminus
simpliciter absque iuramento Corporali taxandis per eundem recognitam aut eius
successores praefato suo donatorio eiusque posteris ob non complectionem praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in parte totiens quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Insuper idem recognoscens Nobilis Hryc Topolnicki
eidem Nobili Fedko Daczynski eiusque posteris dat et concedit plenariam fa-
cultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem donatoriam ex
his Actis Castren[sibus] autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia
quandocunque [illegible] transferendi et transportandi quae transportata
tantum valebit ac si per ipsummet recognoscentem transportaretur. De qui-
bus quidem damnis Terminus praefatis simpliciter absque Corporali iuramento
taxandis citatus ex tunc memoratus Nobilis Hryc Topolnicki aut eius successores
ad instantiam praenotati Nobilis Fedko Daczynski aut eius posterorum ad officium praesens
Castren[se] Capitan[eale] Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad rem dum spectat
mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri per-
sonaliter respondere damna praefata Terrestria simpliciter taxata lucere inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debet et tenetur seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat eundemque Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes Causae
eiusque Terminos semper peremptorios versa in firmitate pro maiori minorennitate suc-
cessorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ac [illegible]
ctorum vel aliis quibusvis dilationibus ac legalibus impedimentis non differendis
ad quietationis ultra proximos Terminos officii praesentis Castren[sis] Premisliensis [illegible]

lationem ab inde non recipiendo nullasque motiones appellationes causasque prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenas simplicibus vel motivis cuasionibus suspensionibus fatalibus iuris protestatione terrestri bello convocationeque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Swiridowicz Kulczyckim obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus Laboriosus Stec Swiridowicz olim Laboriosi Lucae Swiridowicz et Maruchnae coniugum de villa Kulczyce filius et successor unicus sanus mente et corpore existens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni officii praesentis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publiceque expressum recognovit. Quia ipse per praeteritas crebras Tartarorum in Terra Russiae et districtu praesenti Premisliensi factas excursiones ad summam inopiam et pauperiem existens deductus volens autem se pro posse suo iuvare in iuvamen sui et manibus Nobilium Pauli Melkowicz et Iwan Kulczyckich fratrum germanorum summam quingentarum marcarum pecuniae polonicalis certi veri iusti et liquidi debiti mutuatamque apud ipsos per se recognoscens pecuniam tulit levavit realiter et in effectu numeravit. Pro qua quidem summa quingentarum marcarum polonicalium bona sua haereditaria gratis omnia in villa Kulczyce in Terra et Districtu praesenti Premisliensi consistentia tam in se recognoscente post praefatum olim parentem suum iure naturalis successionis devoluta quam et per se reeptam aquibusvis personis modo donationis seu alio quovis acquisita cum omni praemissorum iure dominio et proprietate titulo haereditario cum domo et aedificiis ibique constructis cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque

et pertinentiis

et pertinentiis quatuor universis nihil excipiendo verum prout ea ipsemet tenuit habuit et possidebat ac cum concernebat eisque fruebatur. Iam ex nunc et de facto eisdem Nobilibus Paulo et Iwan Melkowiczom Kulczyckim fratribus germanis et eorum posteris abhinc ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Tricesimo proxime venturo incidens et in defectu pro tunc exemptionis et summae suprascriptae totius et integrae persolutionis extunc ad aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli per triennium proxime tunc venturum incidens et sic consequenter de triennio ad triennium trienniis et festis sese sequentibus continue et immediate usque ad exemptionem eorundem bonorum et summae praefatae quingentarum marcarum pecuniae polonicalis integram et indivisam persolutionem inscripsit obligavit et invadiavit prout praesentibus inscribit obligat et invadiat. Et iam ex nunc praenominatus Laboriosus Stec Swiridowicz supradictis obligatariis suis eorumque posteris in eaque bona praesentibus obligata dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemvis Regni generalem et Nobiles duos die quacunque voluerint officiose acceptandam per ipsos obligatorios suos eorumque posteris bona praefata praesentibus obligata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus et pro suo suorumque successorum beneplacito quovis libere convertendi. Debetque et tenebitur suprascriptus Laboriosus prout se ac suos successores in et super bonis suis gratis omnibus summisque pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus eosque obligatarios suos et ipsorum posteros in eisque bonis obligatis et iure eorumque bonorum ab omni et quavis impetitione iuridica quacunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentis in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnesque cum posteris reddere usque ad exemptionem bonorum eorumque et summae praefatae integram et indivisam nihil ex praemissis iuribus dominii et proprietatis aut [illegible]